Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



288

ex mortuis neq: nubunt neq: ducunt uxores.

Non tm intellegendum ē. quasi dignitate tantum uel resurrecturi uel sine nuptarum fructu risuri. Indignitate. id ē. peccatores uel minime resurrecturi ut ad nuptias resurrecturi sint credendi. sed tm potius sentiendum quod omnes & resurrecturi & absq: nuptis sint in secto illo mansuri. Dns autē saluator ut ad gloriā resurrectionis animos excitet & inquirendā de electis solummodo facere uoluerit sermonem. Sic autē in resurrectione. neq: nubunt. neq: ducunt uxores. resurgunt ergo corpore quae possunt nubere & ducere uxores. Hoc. ē. feminarum & uirorum cetus discreta membrorum specie: sed nulla concumbendi uoluptate sed necessitate mancipiata. Nemo quippe dicit de lapide & arbore & his reb: quae non habent membra genitalia. quod nūbant neq: ducant uxores. sed de his qui cū possint nubere. tamen alia actione non nubunt.

Neque enim ultra mori poterunt.

Quia conubia ppter filios filii. ppter successionem successio. ppter mortem ubi ergo mors non ē. neq: conubia. Aequales enim angelis sunt. & filii dei sunt qui gloria resurrectionis inuocati sine ullo mortis mō sine ulla labe corruptionis sine ullo tumoris tactu sine ulla diuisione fruuntur. ad quam necesse ē. angelicae dignitatis aequalitate quisquis tuncascendere desiderat nunc minimis fratrib: condescendat.

Quia uero resurgant mortui & Moyses ostendit secus rubum sic dicit dominum abraham & dominum isaac & dominum iacob.

Ad comprobandā resurrectionis ueritatē. multo aliis manifestioribus exemplis uti potuit. equib: ē. illud suscitabuntur mortui & resurgent qui in sepulchris sunt; Quaeritur tacq: quid sibi uoluerit dns proferre testimoniū quod uide tur ambiguum uel non satis ad resurrectionis certitudinē & ueritatē. sed ad ducaei. qui tantum librū mosi recipiebant pphārum uaticinia respuentes stultū ergo erat inde proferre testimonia quorum auctoritatē non sequebantur; Potuit ad animarum immortalitatē animarū pbandā de mosi poni exemplū. Ego sum deus abraham. & deus isaac. & deus iacob. statimq: infert.

Deus autem non ē. mortuorum sed uiuorum.

Vt cum probauerit animas permanere post mortem quod illi inter cetera negabant. neq: enim potuerit fieri ut eos ē. deus. quin eo quo quasi subsisterent. Consequenter introducitur & corporum resurrectio. quae cum animab: bona mala negesserunt.

Omnes enim uiuunt ei.

Omnes uidelicet illi quorum dns deus uiuunt ei uita utique aeterna qui iusti uiuunt & iam quando corpore moriuntur. de qua alibi dns ait. Qui credit in me & iam si mortuus fuerit uiuet. Credo ergo & si mortuus fueris uiues. Sic autē non credis & cū uiuus mortuus es. uidua enim quae in delicijs ē. uiuens mortua ē.